



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

20. An Eminentissimi Cardinales, reuelando ea, quæ in Consistorio tractantur, incidant in censuram Sanctissimo reseruatam? Et quid, si reuelent ea, quæ à Pontifice specialiter, & expressè sub ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

Et an doctrina huius Resolutionis intelligenda sit pro quocumque alio Collegio vniuersitate, & Communitate? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 49

S. 1. **D**E hac quaestione late disputat Albanus de Cardin. quest. 10. per totam, vbi ex multis rationibus probat Cardinales semper, & quocumque casu veritatem profiteri debere, eosque circa peccatum, quod pro veritate sentiunt, tacere non posse, quia qui de Collegio sunt, in his quae ad vniuersale commune pertinent, ex vi officij sui tacere non possunt arg. cap. 1. de his qua sunt a maiori part. Cap. Verum si is, qui loqui tenetur, sileat in sui prauiudicium consentire censetur, de arate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. & rog. qui tacet, de reg. iur. id 6. & ita hac ratione motus dixit Abbas post Innoc. in d. cap. 1. vbi quolibet de Collegio ad liberè loquendum cogi docuerunt, & totis viribus resistere, si quidquam aduersus honorem, vel Capituli vilitatem pertractaretur, aliter eum grauius errare, & licet de Collegio quia minus peccatur, idem tamen, & multo etiam magis de hoc sacro Senatu respondendum est, cum longè maioris ponderis sit aliis Collegiis inferioribus, quia minus peccatur, & minor poena, est in maiore ait Glan. cap. 2. in verb. Sacerdotale, de offic. deleg. in 6. & praedicta quae per Innoc. & Abb. in d. c. 1. tradita sunt, sequutus est Abbas etiam in cap. continebatur eodem tit. in c. dilectus el. 2. de simonia, in cap. vestra, de locat. & in c. in causis, de elect.

2. Nec valet dicere quòd quando maior collegij pars contrarium approbat vana futura esset oratio, nam respondeo eum omnino confidere debere se inuictam veritatem profertentem alios quoque in suam sententia adducturum, arg. l. si in res, ff. de arbitr. Veritas enim omnia vincit, cap. consuetudo 8. distinct. & labium veritatis firmum erit in perpetuum, Pron. 12. transumptiue in cap. qui ambulat. §. 9. 5. & semper veritati locum esse ait Iuriconsult. in l. fin. ff. de probat. qui autem veritati innititur, ei Deus, qui est ipsa veritas, auxilio est. Ita Alban. vbi supra.

3. Verum mihi placet ad praesentem quaestionem cum Azorio tom. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 17. distinguendo respondere. nam illud, quod proponitur in Consistorio, aut certò & euidenter est contra commune Ecclesiae bonum, & tunc tuta conscientia tacere veritatem Cardinalis non potest, quamvis sibi odium pariat, aut res dubia est, & tunc si maiori Cardinalium parti contraria sententia placuisset, & nihil profuturam suam sententiam Cardinalis certò, aut manifestò, aut saltem bona fide intelligat, tuta conscientia contrariae maioris partis sententiae adherere potest, tunc enim non videtur errare, & in odium aliorum incidere, aut imprudens haberetur. Item suo suffragio nihil profus Cardinalis efficeret, & in dubiis prudenter aliorum consilium sequimur.

RESOL. XIX.

Verum Cardinales teneantur impedire nominatum a Pontifice pro Episcopo, si alium digniorem arbitrentur? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 21.

S. 1. **C**Alius potest saepius in praxi accidere, & ad illud Paleottus de sacro Consist. part. 4. q. 1. respondet, ad Cardinales auctoritatem & officium non pertinere proprie aliquem ad Episcopatum admittere, sed tanquam Papae Consiliarios non vterius obligari, quam vt ad eas res, de quibus à Papa requiruntur, & consuluntur, fidele praesent responsum, per cap. fundamenta, §. decet, de elect. in 6. Itaque

cum Pontifex in Episcoporum promotione non aliud ab ipsis Cardinalibus exquirat, quam iudicium, si propositum Episcopali dignitate dignum arbitrentur. Ideo non ad aliud obligantur, quam ad interrogata respondere, illumque approbare, si ita credant. Imò & Cardinales omnes tutam, respondendi, ferendique suffragij sui rationem colligere posse, addit ex testimoniis quatuor Cardinalium in publicam formam redactis, & ab eis subscriptis, quibus inquisitio committitur de promovendi qualitatibus. Et ita hanc sententiam praeter Paleottum, docet etiam Campanili in diner. iur. can. rubr. septima, capite 6. num. 72.

RESOL. XX.

An Eminentiissimi Cardinales reuelando eas quae in Consistorio tractantur, incidant in censuram Sanctissimo reseruatam?

Et quid, si reuelet ea, quae a Pontifice specialiter, & expresse sub silentio fuerint indicta?

Et an supra dicta censura sit vsu recepta?

Et an in hanc excommunicationem non incidat, si ea, quae tibi Cardinalis inique manifestauit, quoque a Pontifice secreto accepit, reuelet?

Et notatur, quod si aliquis casu, vel dolo audierit ea, quae in Consistorio acta, vel dicta sunt, & aliis narret, non incidet in dictam censuram? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 41.

S. 1. **S**uppono in Concilio Lateranensi referri Bullam Leonis X. in haec verba: Statuimus, ne quis Cardinalium vota in Consistorio data, & quaecumque ibi gesta, aut dicta, quae in odium, aut in prauiudicium, aut scandalum alicuius redondare possint, scripto, aut verbo, vel quouis alio modo reuelet sub poena periurij, & in obedientia; & quotiescunque à nobis & Romano Pontifice pro tempore existente specialiter, & expresse ultra praemissa indictum fuerit super aliqua re silentium, si quis contra fecerit ultra poenas, excommunicationem latae sententiae incurrat.

2. Hoc supposito circa praedictam Censuram, duas difficultates inuenio. Prima est, an Cardinales reuelantes aliquid de actis secreto in Consistorio, si non existat praecipuum Papae, vt non reuelentur, incurrant adhuc in dictam Censuram? Et negatiue respondet P. Victorianus, Premoli ex Societate in Catalogo excommunicationum cap. 1. num. 2. Leone vbi infra, & Bonac. tom. 2. disp. 2. q. 7. punct. 2. neque enim Pontifex videtur excommunicationem apposuisse aliis quam iis, quibus ipse silentium indixit: nam reuelatores eorum, quae in Consistorio dicta, vel gesta sunt periurij, & inobedientiae reos esse decernit. Verum affirmatiuam sententiam tenent Filliuc. tom. 1. tract. 15. cap. 9. n. 200. & Castrus Palas tom. 6. disp. 3. punct. 28. num. 4. asserentes, supra dictam Censuram Cardinales comprehendere siue reuelauerint, quae à Pontifice sub secreto specialiter, & expresse acceptae sunt, siue quae in Consistorio dicta, vel gesta sunt, quae reuelata in odium, prauiudicium, aut scandalum alicuius redondare possint. Quia sub eadem clausula continentur; & quae Cardinales reuelent in Consistorio acta, & quae à Pontifice specialiter, & expresse sub silentio fuerint indicta. Quod verò ob reuelationem eorum, quae in Consistorio dicta, vel gesta sunt, quaeque reuelata in alicuius prauiudicium cedere possint, excommunicationem Cardinales incurrant; inde mihi persuadeo, quia illa clausula generalis: Si quis contra fecerit, refertur ad ea omnia, quae

in antecedenti statuta sunt. At in clausula antecedenti statutum est, ne quis Cardinalium reuelat vota in Consistorio data & quæcunque ibi gesta, vel dicta, quæ in odium, præiudicium, aut scandalum alicuius redudate reuelata possint. Ergo hæc reuelantes in Excommunicationem incidunt. Sed Ego vtranque sententiam probabilem esse puto.

3. Secunda difficultas est, an supradicta Censura sit vsu recepta? Et negatiuè respondendum videtur ex celebri doctrina Patris Suarez de Censur. dist. 22. sect. 6. num. 8. & 9. vbi loquens de quadam Censura in dicto Concilio Lateranensi imposita, sic asserit: Mihi est valde dubium, an hæc Lex, & excommunicationis vsu, consuetudine recepta sit; quod de omnibus Excommunicationibus illius Concilij affirmat Caietanus, verb. Excommunicatio, in sine, post cap. 81. & Bartholomæus Carranza in Summa Conciliorum in sine illius Concilij, & Nauarrus, cap. 27. num. 110. & idè alias excommunicationes, quæ in eo feruntur, prætermitto. Ita Suarez; cui adde, in terminis, vt dici solet, terminantibus Leonem de Censur. Recollect. 4. littera C. ver. Cardinales 3. & Victorianum Premoli vbi supra. Sed quando est dubium, an Censura sit vsu recepta, illam non obligare, satis firmam cum Azorio, Rebello, Palao, & aliis, in part. 4. tract. 3. resol. 14. & firmat nouissimè me citato doctus, & amicissimus Caramuel in The. mor. lib. 3. n. 1347. Ergo. Verùm nolo in re tam graui nimis indulgere; ideo tu cogitandò assero Castrum Palaum vbi supra, docere dictam Censuram esse vsu receptam.

4. Puto tamen cum dicto Palao te in hanc excommunicationem non incidere, si ea, quæ tibi Cardinalis iniquè manifestauit, quæque ipse à Pontifice secreto accepit, reueles. Tum, quia Cardinalis non es, quos tantum hæc constitutio comprehendit. Tum quia non reuelas ea, quorum silentium tibi indictum sit à Pontifice, tamen aliis indictum fuerit. In præsentia autem Constitutione videtur requisitum, vt reuelatio secreti ab eo fiat, cui secretum à Pontifice commissum est, quia hæc est propria secreti indicti violatio in contemptum indicentis cedens.

5. Nota etiam hic, quòd si aliquis, vel casu, vel dolo audiret ea, quæ in Consistorio dicta, vel acta sunt, & aliis narraret postea, non incideret in dictam Censuram; quia lata est tantum contra Cardinales, aut contra eos, quibus à Pontifice secretum commissum fuerit.

fine, & ratio est, quia, vt habetur ex d. cap. sanè, & docent communiter Iurisperiti, & Theologi, vt maritus promoueat ad * Episcopatum, necessaria est professio vxoris in Religionem; ergo, & idem dicendum est, vt quis promoueat ad Cardinalatum, quia, vt copiamus dictum est sæpius supra, in suis titulis habent iuris dictionem Episcopalem.

2. Sed vt aliquis vxoratus ad Cardinalatum promoueat, ego existimo cum Sanchez de matrim. 2. tom. 2. lib. 7. dub. 41. num. 4. non amplius desiderari, quam ad Ordines à voto assumendos, quia, vt verum fatear, non inuenio textum aliquem specialem in hoc casu differrentem, & decidentem, neque rationes in contrarium cõuincunt; sufficeret igitur vt vxor Cardinalis remaneret in sæculo cum voto castitatis, siue vetula, siue iuuenis esset, nam hoc tantum sufficit de iure, vt vir ad sacros * Ordines promoueat, teste sapientissimo Basilio Pontio de matrim. lib. 7. cap. 35. num. 7. vbi sic ait. Denique dixerint neque antiquo, neque nouo iure requisitum fuisse, vt vxores eorum, qui ad alios sacros Ordines, præter Episcopatum, promouebantur, Religionem profiterentur, sed tantum vt continentiam in sæculo uouerent, siue in senili, siue in iuuenili ætate essent constituta; nam textus in d. cap. sanè, solum agit de his, qui Episcopi ordinabantur; text. etiam Alex. III. in d. cap. coningatus de conuers. coniugat. in quo de aliis ordinatis agitur, solum exigit vt continentiam profiteantur, ibi, nisi ab vxore continentiam profestute fuerit absoluitus, quo verbo glossa ibi intelligit simplex castitatis votum. Vnde in eo discriminantur vxores eorum, qui ad Religionem transeunt; quòd istæ profiteri Religionem compelluntur, nisi senes sint, cap. cum sis, de conuers. coniug. At eorum, qui ad Ordines assumuntur, minime discriminantur etiam vxores eorum, qui ad Episcopatum euehantur, & qui ad alios Ordines, accedunt, quòd illæ profiteri Religionem, istæ continentiam tantum uocere cogantur, idque forte sic constitutum est ob maiorem reuerentiam statui Episcopali debitam. Ita Pontius, de rigore iuris loquendo.

3. Notandum est tamen hic obiter quòd dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de præsentis expirat, tanquam dignitas Clericali annexa. Ita Ricciullus de iure personarum, &c. lib. 7. cap. 1. n. 16. qui obseruat hoc ætate nostra contigisse.

* Quæ hic in tom. 6. tr. 1. Ref. 41. & in Ref. 40. & 39. Ergo prope fin. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 20. 9. Quæ quidè & in tom. 5. tr. 3. Ref. 37. §. Possit hæc

RESOL. XXI.

An vt maritus promoueat ad Cardinalium, opus sit vt vxor ingrediatur Religionem, vel sufficiat, vt remaneat in sæculo cum voto castitatis, siue in iuueni, siue in senili ætate constituta sit?

Et cursim insertur, quid dicendum sit in prædicto casu, vt maritus ad sacros Ordines, vel ad Episcopatum promoueat?

Et an Dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de præsentis expirat? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 39.

Sup. hoc, quoad Cardinalatum in tom. 2. tr. 5. Ref. 116. §. vlt. in fin.

§. 1. Casus est curiosus, & de illo ego olim interrogatus fui à magno quodam Dynasta vxorato, & affirmatiuam sententiam ex Anania docet Manfredus de Cardinal. decis. 213. vbi sic ait. Cardinalis non potest esse vxoratus nisi vxor Religionem profiteretur. Sic ille, & post illum Maiolus de irreg. lib. 1. cap. 34. num. 2. & in hanc sententiam inclinat Ioan. Andreas in cap. sanè, de conuers. coniugat. & ibi Abbas num. 3. Cardinalis in sine, & Acharanus in

RESOL. XXII.

An Cardinales in sua consecratione teneantur præstare iuramentum Romana Ecclesie? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 95.

§. 1. Quænam omnes Prælati in sua consecratione teneantur Summo Pontifici iurate fidelitatem; Cardinales tamen ad tale iuramentum fidelitatis præstandum non tenentur. Nam licet Pontifex sit caput totius Ecclesie, est tamen, specialiori quadam ratione Cardinalium caput, & Cardinales eius membra specialia respectu aliorum, dicuntur enim quasi ipsi Pontifici inuiserati & quasi vnum corpus aded vnium, vt si Pontifex ab illis fidelitatis iuramentum peteret, quodammodo à se ipso peteret videretur, contra decisionem textus in cap. final. de Salmaticensis, tom. 2. cap. 4. de iure iur. num. 4. & communiter Doctores.

RESOL.